Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35447
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

se et sessorem in mare immergit.
Virgilius corallinus pertinet. uter
eius impletus uento ante eum quasi
sonitum timens. et credens obedi
ens fit. De draconcopedibus.
Draconcopedes serpentes sunt
et referente adelino grandes dicuntur
magni et potentes. Hii facies ha
bent uirgineas. faciebus humanis
similes. sed in draconum corpus de
sinunt. De hoc genere serpentium est
dicitur fuisse serpentem. quo eua de
cepta est. Dicit enim beda. Quod
serpens ille uultum uirgineum ha
buit. ut forma consimili dyabolus
eam alliceret. omne enim animal di
ligit simile sibi. partem uero reli
quam serpenti similem arborum fron
dibus occultavit. Quomodo autem dyabolus
efficere potuit. ut serpens articu
lata uerba formaret non uidemus.
nisi forte uelimus dicere quod sic
serpens habebat uultum humanum.
ita ut arterias et officia disposita
habuerit. ad proferendum. si docentur
uoces humanas sicut aues uide
mus uoces humanas loquendo
pna. De ypnale. imitari.
Ypnale serpens est. ut dicit Solinus
genus ab aspide trahens. qui sopi
to quos mordet interimit ueneno
eum sompnum inuitat. quod nullo
impulso deserit infectum. hunc ser
pentem cleopatra apprehendit. si
nistro brachio sese collocans uise
pulchro iuxta uirum suum antoni
um. scilicet ut suo attractu. sopiatur in
sompnum. et uitam suam quieta
morte finiret. Solinus ypnale.
Jeronimus nota. et hystoria manna

aspidem uocant. et ideo quia ypsi
nale genus est aspidis. De ydro.
Ydros ut dicit ysidorus in ni
lo flumine. serpens est. Hic
cum inde cocodrillum aperto ore super
ripas nili. inuoluit se lutoso li
mo. quo facilius possit illabi. fau
cibus cocodrilli desoporatus igitur
cocodrillus illapsum transglutit.
moxque dilaniatis uisceribus eius
uiuus egreditur. ydros ut dicit
plinius morte tra(x) pulcherrimus
est anguium. horum iecur seruatur.
ad remedium percussorum. Igitur
homines hoc serpente percussi obtur
gescunt. Quem morbum boam uo
cant. eo quod fimo bouis remedi
atur. De Lacerta. Lacer
ta ut dicit solinus. potius uer
mem quam serpentem dicunt an
tiqui. eo quod clementius seuit.
sibilat tamen ut serpens cau
damque consimilem. linguam habet
bifidam. et pilosam. araneis sub
uestibus uescitur non cubat lacer
ta ut dicit plinius oblita in quo
loco sit enixa. quia ei nulla me
moria est. catuli per se erumpunt
unde in numero quidam dicunt.
amatoribus fetus deuo rari. u
no relicto. sollertissi mo qui
seipsius matris carnibus imponit.
Hic relictus fratrum ultor
parentes suos uindex occidit.
Lacerte sunt in nūmō pedes
.xxiiii. colore fulgenti. De natrice.
Natrix serpens est ut
ysidorus dicit ueneno
aquam inficiens in quemcumque enim
fonte fuerit. ueneno inficit.